

Lectio v.

Quatuor ergo facies uni sunt: quia si requiras quid Mattheus de Incarnatione Dómini sentiat; hoc nimirum sentit, quod Marcus, Lucas, & Joannes. Si quæras quid Joannes sentiat; hoc proculdubio, quod Lucas, Marcus, & Mattheus. Si quæras quid Marcus; hoc quod Mattheus, Joannes & Lucas. Si quæras quid Lucas; hoc quod Joannes, Mattheus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt: quia notitia fidei, quæ cognoscuntur à Deo, ipsa est in uno, quæ est simul in quatuor. Quidquid enim in uno invenieris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces.

R. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: *** Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.**
V. Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

Lectio vj.

Et quatuor pennæ uni: quia Dei omnipotentis Filium Dóminus nostrum Jesum Christum simul omnes concorditer prædicant: & ad divinitatem ejus mentis œculos levantes, pennæ contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Dómini pertinet, penna ad divinitatem: quia in eum, quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendant: sed dum hunc esse incircumscripsum atque incorporeum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam quasi in aëra levantur. Quia itaque una est fides incarnationis ejus in

omnibus, & par contemplatio divinitatis ejus in singulis, rectè nunc dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni.

R. Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt præmia æternæ: *** Modò coronantur, & accipiunt palmam.**
V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò coronantur. Glória Patri. Modò coronantur.

In tertio Nocturne.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Designavit Dóminus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quod erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.
Homilia 17. in Evangelia.

Dominus & Salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando verò operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus præcepta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in prædicationem discipulos mittit: quia duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor & proximi: & minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim propriè ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit.

R. Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: *** Calicem Dómini bibérunt, & amici Dei facti sunt.**
V. In omnem terram exiit sonus eorum, & in

COMMUNE unius Martyris.

Ad Vesperas, Antiphona. Qui me confessus fuerit, cum reliquis de Laudibus. xxiv. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Comuni Apostolorum. j.

Capitulum.

Jacobi i. b

Bæatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

Deus tuorum militum
Sors, & corona, præmium,
Laudes canentes Martyris,
Absolve nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pábula
Imbuita felle deputans,
Pervenit ad cœlestia.
Penas cucurrit fortiter,
Et sustulit virilitem,
Fundensque pro te sanguinem,
Æterna dona possidet.
Ob hoc precati supplicii
Te postcimus pissime;
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.
Lauds, & perennis glória
Patri sit, atque Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

V. Glória & honore coronasti eum Dómine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

Pro Martyre & Pontifice,

Oratio.

Infirmam nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus ddd pro-

in fines orbis terræ verba eorum. Calicem Dómini.

Lectio viij.

Ecce enim binos ad prædicandum discipulos Dóminus mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quod erat ipse venturus. Prædicatores enim suos Dóminus sequitur: quia prædicatio prævenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dóminus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atque per hoc veritas in mente suscipitur.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dóminus in charitate non ficta, & dedit illis glóriam sempiternam: *** Quorum doctrinâ fulget Ecclesia, ut sole luna.**
V. Sancti per fidem vicierunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Glória Patri. Quorum.

Lectio ix.

Hinc namque eisdem prædicatores Isaias dicit: Parate viam Dómini, rectas facite semitas Dei nostri. Hinc filius Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque Dóminus ascendit: quia undè in passione occubuit, inde majorem suam glóriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit: quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facimus, cum nos ejus glóriam vestris mentibus prædicamus, ut eas & ipse post veniens, per amoris sui præsentiam illustret.

Te Deum laudamus. 12.

Part. Festiva.

própriae actionis gravat, beati N. Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protégat. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos beati N. Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut ejus natalitia cólumus, de ejusdem Etiam protectione gaudéamus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum,

Oratio.

PRæsta, quasumus omnipotens Deus; ut qui beati N. Martyris tui natalitia cólimus, intercessionem ejus in tui nómínis amore roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

PRæsta, quasumus omnipotens Deus; ut intercedente beato N. Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberémur in corpore, & à pravís cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Ad Maritimum, Invictorium.

Regem Martyrum Dóminum, * Venite, adorémus. *Psalmus.* Venite, exultémus. 1. *Hymnus.* Deus tuorum militum, ut supra, xviii.

In primo Nocturno, Antiphona.
In lege Dómini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Psalmus 1.

BEatus vir, qui non ábit in consilio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestilentie non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: * &

lómnia quacúmque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus à facie terre.

Ideo non resurgit impij in ventusio: * neque peccatóres in concilio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum peribit.

Antiphona. In lege Dómini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Antiphona. Prædicans præceptum Dómini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus 2.

QUare fremuerunt Gentes, * & pópuli meditati sunt inania?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Dirupámus vincula eórum: * & projiciámus à nobis jugum ipsórum. Qui habitat in cælis irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam términos terre.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui judicátis terram.

Servite Dómino in timóre: * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam nequian-

quándo irascatur Dóminus, * & peréatis de via justa.

Cùm exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Prædicans præceptum Dómini, constitutus est in monte sancto ejus.

Antiphona. Voce meá ad Dóminum clamávi: & exaudivit me de monte sancto suo.

Psalmus 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt anime mee: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine susceptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meá ad Dóminum clamávi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli circumdántis me: * exorge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus: * & super pópulum tuum benedictio tua.

Antiphona. Voce meá ad Dóminum clamávi: & exaudivit me de monte sancto suo. *V.* Glória & honore coronasti eum Dómine.

R. Et constituisti eum super ópera manuum tuarum. Pater noster.

Absolutio. Exaudi Dómine. *V.* Jubet domne. *Benedictio.* Benedictio-ne perpétua.

Lectiones sequentes primi Nocturni leguntur in Festo Martyris & Pontificis. In Festo autem Martyris non Pontificis leguntur quæ inf-

ridis positæ sunt in Communi plurimorum Martyrum, xxxij.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. *Cap. 20. d.*

AMiléo Paulus mittens Ephesum, vocavit Majores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die, quã ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Dómino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomódum nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Judæis atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dóminum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ea ventúra sint mihi, ignorans nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: quóniam vincula, & tribulationes Jerosólymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosíorem quam me, dimmódò consummrem cursum meum, & ministérium verbi, quod accepi à Dómino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei.

R. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiórum non timuit: * Fundatus enim erat supra firmam petram. *V.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad celestia regna. Fundatus. *Benedict.* Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

ET nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodierna die,

Ddd 2

quia

quia mundus sum à sanguine ómnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Attendite vobis, & univérso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiám Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio quóniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcéntes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquéntes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate memoriá retinéntes: quóniam per triduum nocte & die non cessavim, cum lacrymis monens unumquemque vestrum.

R. Justus germinabit sicut lilium: & florébit in ætérnum ante Dóminum. **V.** Plantátus in domo Dómini, in atríis domus Dei nostri. Et florébit. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

Lectio iij.

ET nunc comméndo vos Deo, & verbo grátie ipsius, qui potens est ædificáre, & dare hereditatem in sanctificátis ómnibus. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis: quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministravérunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam sic laborátes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Dómini Jesu, quóniam ipse dixit: Beátius est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis géniibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ómnium: & procumbéntes super collum Pauli, osculábantur eum, doléntes máximè in verbo quod dixerat, quóniam amplius factem ejus non essent visóri. Et deducébat eum ad navem.

R. Iste cognóvit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exorávit Altissimum: & inven-tus est in número sanctorum. **V.** Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Et inven-tus est. Gloria Patri. Et inven-tus est.

In secundo Nocturno, Antiphona.
Filií hóminum scítote quia Dóminus sanctum suum mirificávit.

Cum invocárem exaudivit me Deus justitiae meae: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, & exaudi orationem meam.

Filií hóminum usquequod gravi corde? * ut qui diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Et scítote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exaudivit me cum clamávero ad eum.

Irascimini, & nolite peccáre: * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justitiæ, & speráte in Dómino: * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedisti salutem in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & olei sui, * multiplicáti sunt.

In pace in idipsam * dórmiam, & requiescam.

Quóniam tu Dómine singulariter in spe * constituisti me.

Antiphona. Filií hóminum scítote quia Dóminus sanctum suum mirificávit.

Antiphona. Scuto bonæ voluntátis tue coronásti eum Dómine.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percípe Dómine, * intéllige clamórem meum.

In-

Inténde voci orátionis meae: * rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine mané exaudies vocem meam.

Mané astábo tibi, & vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus: * neque permanébut inísti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operántur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquúntur mendacium.

Virum sanguinum & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitudine misericórdiæ tuæ.

Introbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum veritas: * cor eórum vanum est.

Sépúlchrum patens est guttur eórum, línguis suis dolóse agébant, * júdica illos Deus.

Décidant a cogitátionibus suis, secúndum multitudinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irriterántur te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te, * in ætérnum exultábunt: & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Antiphona. Scuto bonæ voluntátis tue coronásti eum Dómine.

Antiphona. In univérta terra glóriá & honóre coronásti eum.

Psalmus 3.

Domine Dóminus noster, * quam admiráble est nomen tuum in univérta terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfectisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera dígitórum tuórum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

Minuisti eum pauló minús ab Angelis, glóriá & honóre coronásti eum: * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecti sub pédibus ejus, * oves & boves univérvas: insuper & pécora campi.

Vólucres cœli, & pisces maris, * qui perambulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admiráble est nomen tuum in univérta terra!

Antiphona. In univérta terra glóriá & honóre coronásti eum.

V. Posuisti Dómine super caput ejus. **R.** Coronám de lapide pretiosó. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. *Sermone 44. de Sanctis.*

Lectio iij.

Triumphális, beati Martyris N. dies hodíe nobis anniversáriá celebrítate recurrit: cujus glorificátioní sicut congáudet Ecclesiá, sic ejus propónit sequénda vestigia. Si enim compatimur, & conglorificábitur. In cujus glorióso agóne duo nobis præcipue consideranda sunt: induráta videlicet tortóris sævitia, & Martyris invicta patientia. Sævitia tortóris, ut eam detestémur:

Ddd 3 mur:

mur: patientia Martyris, ut eam imitemur. Audi Psalmistam adversus malitiam increpantem: Noli emulari in malignantibus: quoniam tamquam foenum velociter arcescent. Quod autem adversus malignantes patientia exhibenda sit, audi Apostolum suadentem: Patientia vobis necessaria est, ut reportetis promissiones.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem eternam.

V. Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit illi, **Benedictio.** Christus perpetuus.

Lectio v.

Coronata itaque est beati Martyris patientia, mancipata est eternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attendens in agone suo gloriosus Christi athleta, non exhorruit carcerem. Ad imitationem capitis sui toleravit probra, sustinuit irrisiones, flagella non timuit: & quot ante mortem pro Christo perulit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod enim propinante Apostolo biberat, aliter retinebat: Quia non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Et quia momentaneum hoc & leve nostrae tribulationis, eternum gloriae pondus operatur in caelis. Huius promissionis amore a terrenis suspensus, & praegustata supernae suavitatis dulcedine ineffabiliter affectus, dicebat cum Psalmista: Quid mihi est in caelo, & a te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor

meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in eternum.

R. Desiderium animae ejus tribuisti ei Domine, * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam praevensisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate, **Benedictio.** Ignem sul amoris.

Lectio vj.

Contemplabatur enim quantum in enigmate infirmitas humana oculum mentis in eternitate figere potest, quanta sint supernae civitatis gaudia: & ea enarrare non sufficiens, admirando clamabat: Quid mihi est in caelo? Quasi diceret: Excedit vires meas, excedit facultatem eloquentiae meae, transcendit capacitatem intelligentiae meae illud decus, illa gloria, illa celsitudo, qua nobis a conturbatione hominum remotis, in abscondito faciei suae Jesus Christus Dominus noster reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Hujus perfectae libertatis contemplatione nullum vitabat periculum, nullum horrebant supplicium: & si millies posset mori, non putabat se hanc dignè posse aliquà ratione promereri.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitae & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam, Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno. Antiphona. Justus Dominus, & justitiam dilexit: aequitatem vidit vultus ejus.

Psal-

Psalmus 70.

In Domino confido: quomodo dicitis animae meae: * Transmigravit in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intendunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quae perfecisti, destruxerunt: * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in caelo sedes ejus:

Oculi ejus in pauperem respiciunt: * palpebrae ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: * aequitatem vidit vultus ejus.

Antiphona. Justus Dominus, & justitiam dilexit: aequitatem vidit vultus ejus.

Ant. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolium in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non

decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocenter non accepit:

Qui facit haec, * non movabitur in eternum.

Antiphona. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo.

Antiphona. Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua latabitur rex: * & super salutarem tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam praevensisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum, & in saeculum saeculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi: * laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino: * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut libanum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: * cogitaverunt consilia, quae

Ddd 4

non

non potuerunt stabilire.

Quoniam ponas eos dorsum: * in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.

Exaltare Dómine in virtute tuarum cantábitimus & psallémus virtutes tuas.

Antiphona. Posuisti Dómine super caput ejus coronam de lapide pretiosiori. **V.** Magna est glória ejus in salutari tuo. **R.** Glóriam & magnum decorem impónes super eum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis peccatorum. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 14. f.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregórii Papae.

Homilia 37. in Evangelia.

Si consideremus, fratres charíssimi, quae & quanta sunt quae nobis promittuntur in caelis, viléscent animo omnia quae habentur in terris. Terréna namque substantia supernae felicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis vita aeternae vitae comparata, mors est potius dicenda, quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quam quaedam prolixitas mortis? Quae autem lingua dicere, vel quibus intellectus capere sufficit, illa supernae civitatis quanta sint gaudia: Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus glóriam conditoris assistere, praesentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lu-

men videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuae munere laetari?

R. Coróna aurea super caput ejus. **V.** Expressa signo sanctitatis, glória honoris, & opus fortitudinis. **V.** Quoniam praevénisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lectio vij.

Sed ad haec audita inardescit animus: jamque illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna praemia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde & Paulus egregius praedicator dicit: Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Deléctat ergo mentem magnitudo praemiorum, sed non deterreat certamen laborum. Unde ad se venientibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

R. Hic est veré Martyr, qui pro Christi nómine sanguinem suum fudit: **V.** Qui minas júdicum non timuit, nec terrénae dignitatis glóriam quasívit, sed ad caeléstia regna pervénit. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Qui minas. Glória Patri. Qui minas. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Sed percontari libet, quomodo paréntes, & carnaliter propinquos praecipimus odisse, qui jubemur & inimicos diligere? Et

rec-

certé Veritas de uxóre dicit: Quod Deus conjúxit, homo non séparet. Et Paulus ait: Viri diligite uxóres vestras, sicut & Christus Ecclesiám. Ecce, discipulus uxórem diligendam praedícat, cum magister dicat: Qui uxórem non odit, non potest meus esse discipulus. Numquid aliud júdex nuntiát, aliud praeco clamat? An simul & odisse póssumus, & diligere? Sed si vim praecépti perpéndimus, utrúmque agere per discretiónem valémus: ut uxórem, & eos, qui nobis carnis cognatióne conjuncti sunt, & quos próximos nóvimus, diligámus; & quos adversários in via Dei pátimur, odiéndo & fugiéndo nesciámus.

Te Deum laudámus. 13.

Sequens R. dicitur ultimo loco in Festis sex SS. Martyrum Pontificum Marcelli, Joannis, Sylverii, Martini, Pontiani & Eusebii.

R. Dómine praevénisti eum in benedictionibus dulcedinis: **V.** Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **V.** Vitam pétiit a te, & tribuisti ei longitudinem diérum in saeculum saeculi. Posuisti. Glória Patri. Posuisti.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. **Psalmus.** Dóminus regnávít. **cum reliquis.** 14. **Antiphona.** Qui sequitur me, non ambulat in ténébris, sed habébit lumen vitae, dicit Dóminus. **Antiphona.** Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic sit & minister meus. **Antiphona.** Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in caelis, dicit Dóminus.

Antiphona. Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus.

Capitulum. Jacobi 1. 6

Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam recipiit Deus diligentibus se.

Hymnus.

Inviecte Martyr, únicum Patris secútus Fílium, Victis tríumphas hóstibus, Victor fruens caeléstibus. Tui precátus munere Nostrum reátum dilue, Arcens mali contágium, Vita repélles tædium. Solúta sunt jam vincula Tui sacráti corpóris: Nos solve vinculis saeculi Dono supérni núminis. Deo Patri sit glória, Ejúsque soli Fílio, Cum Spirítu Paraclíto, Nunc, & per omne saeculum. Amen.

V. Justus, ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicábitur. **Ad Benedictus, Antiphona.** Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

Pro Martyre & Pontifice, Oratio.

Infirmítatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus própriæ actiõnis gravat, beati N. Martyris tui atque Pontificis intercessio glóriosa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

Deus, qui nos beati N. Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate laeticas: concede propítius; ut cujus natalitia colimus,

mus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dñm.

Pro Martyre tantum.

Oratio.

Praesta, quasumus omnipotens Deus; ut qui beati N. Martyris tui natalitia cõlumis, intercessione ejus in tui nominis amore roborerur. Per Dñm.

Alia Oratio.

Praesta, quasumus omnipotens Deus; ut intercedente beato N. Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus libererur in corpore, & à pravis cogitationibus mundetur in mente. Per Dñm.

Ad Tertiam, Antiphona. Qui sequitur me. **Capitulum.** Beatus vir, ut supra.

R. br. Gloriã & honore, * Coronasti eum Domine. Gloriã & honore. **V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloriã Patri. Gloriã & honore. **V.** Posuisti Domine super caput ejus. **R.** Coronam de lapide pretioso.

Ad Sextam, Antiphona.

Qui mihi ministrat.

Capitulum.

Ecclesi 15.

Contribavit illum pane vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potavit illum Dominus Deus osier.

R. br. Posuisti Domine, * Super caput ejus. Posuisti. **V.** Coronam de lapide pretioso. Super. Gloriã Patri. Posuisti. **V.** Magna est gloria ejus in salutari tuo. **R.** Gloriam & magnum decorem impones super eum.

Ad Nonam, Antiphona.

Volo Pater.

Capitulum.

Ecclesi 39.

Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum,

qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

R. br. Magna est gloria ejus **In salutari tuo.** Magna. **V.** Gloriam & magnum decorem impones super eum. In salutari. Gloriã Patri. Magna. **V.** Justus, ut palma florëbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Vesperas, Antiphona. Qui me confessus, cum reliquis de Laudibus, xxiv. **Psalm.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. & loco ultimi, **Psalmus** Credidi, 96.

Capitulum. Beatus vir, **Hymnus.** Deus tuorum lxviii. **V.** Justus, ut palma florëbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Magnificat, Antiphona.

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

III. Lectiones pro uno Martyre.

In secundo Nocturno.

De Expositione Sancti Ambrosii Episcopi in Psalmum centesimo decimum octavum.

Lectio iv.

Sermone 21.

Princes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis trepidavit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injuste persecutionum tormenta sustineat: qui nihil rapierit, nullum violentus oppresserit, nullus sanguinem fuderit, nullus torum putaverit esse violandum: qui nihil legibus debeat, & graviora latronum sustinere cogatur supplicia: qui loquatur justè, & non audiatur: qui loquatur plena salutis, & impugnetur: ut possit dicere: Cum loquebar illis, impugnant me gratis. Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnetur sine crimine: impugnetur ut noxius, cum sit in tali confessione

ne laudabilis: impugnetur quasi veneficus, qui in nomine Domini glorietur: cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Verè frustra impugnetur qui apud impios & infidos impietatis accessit, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnetur, fortis debet esse & constans. Quomodo ergo subterxit: Et à verbis suis trepidavit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Timete Dominum omnes sancti ejus: & Beatus vir qui timet Dominum. Quà ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis. **R.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, **V.** Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Pone ergo Martyrem inter pericula constitutum, cum inde immanitas bestiarum ad incutiendum terrorem infremat, aliunde stridor candentium laminarum, & flamma fornacis ardentis exastuet: ex parte alia personent tractus gravium catenarum, hinc carnifex cruentus assistat: pone, inquam, circumspicientem omnia plena supplicis,

deinde cogitantem mandata divina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam poenæ recrudescentis ærumnam: trepidare corde, ne, dum presentibus cedat, perpetuis se dedat exitiis: perturbari animo, dum futuri judicii rhoriphæam illam terribilem quadam conspectus species contuetur. Nonne ad hanc trepidationem fiducia viri constans, aqualis in eumdem concurret affectum confidentia cupientis æterna, & divina trepidantis?

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: **V.** Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam pulchritudinis. Gloriã Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 16. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii

Pape.

Homilia 32. in Evangelia.

Quia Dominus ac Redemptor noster novus homo venit in mundum, nova præcepta dedit mundo. Vita etenim nostræ veteri in vitis enutritæ contrarietatem opposuit novitatis sue. Quid enim vetus, quid carnalis homo novetur, nisi sua retinere, aliena rapere, si posset, concupiscere, si non posset? Sed celestis medicus singulis quibusque vitis obviantia adhibet medicamentum. Nam sicut arte medicina calida frigidis, fri-

gida cãlids curantur: itã Dõmi-
nus noster contrãria opposuit me-
dicamenta peccãtis, ut lubricis con-
tinentiam, tenacibus largitãtem,
iracundis mansuetudinẽ, clãtis
prãciperet humilitãtem.

R. Corõna aurea super caput ejus,
• Expressã signo sanctitãtis, glõ-
ria honoris, & opus fortitudinis.
Y. Quoniam prãvenisti eum in be-
nedictionibus dulcedinis, posuisti
in capite ejus coronã de lapide
pretioso. Expressã.

Lectio viij.

Certẽ cum se sequentibus nova
mandãta proponeret, dixit:
Nisi quis renuntiãverit omnibus
quæ possidet, non potest meus esse
discipulus. Ac si apertẽ dicat: Qui
per vitam veterem aliẽna concu-
piscitis, per novã conversatiõnis
studium & vestra largimini. Quid
verõ in hac lectiõne dicat, audiã-
mus: Qui vult post me venire,
abneget semetipsum. Ibi dicitur,
ut abnegemus nostra: hic dicitur,
ut abnegemus nos. Et fortãsse la-
boriosum non est homini relinque-
re sua: sed valde laboriosum esse
relinquere semetipsum. Minus quip-
pe est abnegare quod habet: valde
autem multum est, abnegare quod
est.

R. Hic est verẽ Martyr, qui pro
Christi nõmine sanguinem suum
fudit: • Qui minas iudicium non
timuit, nec terrẽne dignitatũ glõ-
riam quæsivit, sed ad cœlestia reg-
na pervenit. **Y.** Justum deduxit
Dõminus per vias rectas, & ostẽdit
illi regnum Dei. Qui minas.
Glõria Patri. Qui minas.

Lectio ix.

Ad se autem nobis venientibus
Dõminus prãcepit, ut renun-
tiemus nostris: quia quicũque ad

fidei agõnem venimus, luctãmen
contra malignos spiritus sumimus.
Nihil autem maligni spiritus in hoc
mundo proprium possident: nudi
ergo cum nudis luctãri debemus.
Nam si vestitus quisque cum nudo
luctãtur, citius ad terram dejectur,
quia habet undẽ teneatur. Quid
enim sunt terrẽna omnia, nisi
quædam cõrporis indumentã? Qui
ergo contra diabolum ad certãmen
prõperat, vestimenta abiciat, ne
succumbat.

Te Deum laudãmus. 13.

Alie Lectiones pro uno Mar-
tyre.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 10. c.

In illo tempore: Dixit Jesus
discipulis suis: Nihil est opẽr-
tum, quod nõn revelabitur: Et
occultum, quod non sciẽtur. Et
reliqua.

Homilia Sancti Hilãrii Episcopi.
Comment. in Matth. can. 10.
post med.

Dominus diem iudicii ostẽdit,
quæ abstrusã voluntãtis
nostræ conscientiam prodet: &
ea quæ nunc occultã existimãtur,
luce cognitiõnis pũblice dẽ-
teget. Igitur non minas, non con-
silia, non potestates insectantium
monet esse metuẽdas: quia dies
iudicii nulla hæc fuisse atque inã-
nia revelabit. Et quod dico vo-
bis in tenebris, dicite in lumi-
ne: & quod in aure auditis, prã-
dicãte super tecta. Non legimus
Dõminum solum fuisse noctibus
sermocinari, & doctrinã in tene-
bris tradidisse: sed quia omnis ser-
mo ejus carnalibus tenebrẽ sunt, &
verbum ejus infidelibus nox est.

R. Corõna aurea super caput ejus,

• Expressã signo sanctitãtis, glõ-
ria honoris, & opus fortitudinis.
Y. Quoniam prãvenisti eum in be-
nedictionibus dulcedinis, posuisti
in capite ejus coronã de lapide
pretioso. Expressã.

Lectio viij.

Itaque id quod à se dictum est,
cum libertate fidei & confessiõ-
nis vult esse loquẽdum. Idcirco
quæ in tenebris dicta sunt, prãdi-
cãri jussit in lumine: ut quæ secrẽ-
to aurium commissa sunt, super
tecta, id est, ex cœlo loquẽtium
prãconiõ audiãntur. Constanter
enim Dei ingerẽda cognitio est,
& profundum doctrinæ Evangelii-
cæ secrẽtum in lumine prãdicatiõ-
nis Apostolicæ revelãdum: non
timẽtes eos, quibus cum sit li-
cẽtia in cõrpora; tamen in ani-
mam jus nullum est: sed timẽtes
potius Deum, cui perdẽnda in
gehẽna & animæ & cõrporis sit
potestas.

R. Hic est verẽ Martyr, qui pro
Christi nõmine sanguinem suum
fudit: • Qui minas iudicium non
timuit, nec terrẽne dignitatũ glõ-
riam quæsivit, sed ad cœlestia
regna pervenit. **Y.** Justum dẽ-
dixit Dõminus per vias rectas, &
ostẽdit illi regnum Dei. Qui minas.
Glõria Patri. Qui minas.

Lectio ix.

Nolite timere eos qui occidunt
corpus. Nullus igitur cõrpo-
rum nostrõrum casus est pertimes-
cendus, neque ullus interimẽda
carnis admittẽdus est dolor: quan-
do pro naturæ suæ atque originis
conditiõne resoluta, in substãntiam
spiritualis animæ refundatur. Et
quia doctrinis talibus confirmatos
opõrteet liberam confitẽdi Dei ha-

bere constantiam, etiãm conditiõ-
nem, quã teneremur, adject; ne-
gatũrum se eum Patri in cœlis, qui
se hominibus in terra negasset:
eum porrõ qui confessus coram ho-
minibus se fuisset, à se in cœlis
confitẽdum: qualesque nos nõmi-
nis sui testes hominibus fuissẽmus,
tali nos apud Deum Patrem testi-
moniõ ejus usũros.

Te Deum laudãmus. 13.

Alie Lectiones pro uno Mar-
tyre.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Joãnnem.

Lectio viij. Cap. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus dis-
cipulis suis: Amen, amen dico
vobis, nisi granum frumẽnti cadens
in terram, mortuum fuerit; ipsum
solum manet. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini

Episcopi.

Trãtatu 51. in Joãnnem,
sub medium.

Ipse Dõminus Jesus erat granum
Christi nõmine sanguinem suum
morticãdum, & multiplicã-
cãdum: mortificãdum infidelitã-
te Judeõrum, multiplicãdum fi-
de populõrum. Jam verõ exhõr-
tans ad passionis suæ sectãnda
vestigia, Qui amat, inquit, ani-
mam suã, perdet eã. Quod
duobus modis intelliigi potest. Qui
amat, perdet: id est, si amas,
perdes. Si cupis vitam tenere in
Christo, noli mortem timere pro
Christo. Item alio modo: Qui
amat animã suã, perdet eã:
noli amare, ne perdas: noli amã-
re in hac vita, ne perdas in aeterna
vita.

R. Corõna aurea super caput ejus,
• Expressã signo sanctitãtis, glõ-
ria honoris, & opus fortitudinis.
Y. Quoniam prãvenisti eum in be-
nedictionibus dulcedinis, posuisti
in

in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viij.

Hoc autem, quod posterius dixi, magis habere videtur Evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, qui amat, subintelligitur in hoc mundo, ipse utique perdet: qui autem odit, utique in hoc mundo, in vitam eternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui odierunt custodiendo, ne perdant amando.

R. Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas iudicum non timuit, nec terræ dignitatis gloriam quæsvit, sed ad cœlestis regna pervenit. * Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui minas. Gloria Patri. Qui minas.

Lectio ix.

Sed vide, ne tibi subrepat, ut teipsum velis interimere, sic intelligendo, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque perversi homines, & in seipsis crudeliōres & sceleratiōres homicidæ, flammis se donant, aquis se præfocant, præcipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus non docuit: immo etiam diabolo præcipitium suggerenti respondit, Redi retrò satanas: scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, significans quâ morte clarificaturus erat Deum: Cum

esses junior, cingebas te, & ambulabas quò volébas: cum autem sentieris, alter te cinget, & feret quò tu non vis. Ubi satis expressit, non à seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi.

Te Deum laudamus. 13.

COMMUNE

Plurimorum Martyrum.

Ad Vesperas, Antia. Omnes Sancti, cum reliquis de Laudibus xxxviij. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j. Capitulum. Sep. 3.

Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

Sanctorum meritis inelyta gaudia Pangamus socii, gesta que fortiaz Gliscens fert animus promere cantibus

Victorum genus optimum.

Hi sunt quos fatue mundus abhorrui:

Hunc fructu vacuum, floribus aridum

Contempserè tui nominis asseclæ, Jesu Rex bone Cœlitum.

Hi pro te furias, atque minas truces Calcârunt hominum, sævaque verbera:

His cessit lacerans fortiter ungula, Nec carpsit penetrâlia.

Cæduntur gladiis more bidentium: Non murmur resonat, non quærimonia;

Sed corde impavido mens bene conscia

Conservat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,

Quæ

Hymnus.

Christo profusum sanguinem

Et Martyrum victorias, Dignamque cœlo lauream

Lætis sequamur vœcibus.

Terròre victo sæculi,

Pœnisque spretis corpōris, Mortis sacræ compendio

Vitam beatam possident.

Traduntur igni Martyres,

Et bestiarum dentibus,

Armata sævit unguibus

Tortoris insani manus.

Nudata pendent viscera:

Sanguis sacratus funditur:

Sed permanent immobiles

Vite perennis gratia.

Te nunc Redemptor quæsumus,

Ut Martyrum consortio

Jungas precantes servulos

In sempiterna sæcula. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Secus decursus aquarum plantavit vineam justorum, & in lege Domini fuit voluntas eorum.

Psalmus 1.

Beatas vir, qui non astitit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit, * & in cathedra pestilentie non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: * & omnia quæcumque faciet prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terre.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum.

tò-

Quæ tu Martyribus mœnera præparas?

Rubri nam fluido sanguine fulgidis

Cingunt tempora laureis.

Te summa, ô Dœtas, unaque poscimus,

Uteulpas abigas, nœxia subtrahas,

Des pacem famulis, ut tibi gloriam Annorum in seriem canant.

Amen.

Y. Latamini in Domino & exultate justi. **R.** Et gloriâmini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

Istorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi,

& prævenierunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus, Oratio.

Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum **N.** & **N.** nos, quæsumus Domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum nostrum.

Si non fuerint Pontifices, Oratio.

Deus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum **N.** & **N.** natalicia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum,

Alia Oratio.

Deus, qui nos annuâ Sanctorum Martyrum tuorum **N.** & **N.** solemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Martyrum Dominum, * Venite, adorémus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

torum: * & iter impiorum peribit.

Añā. Secus decursus aquarum plantavit vineam iustorum, & in lege Domini fuit voluntas eorum.

Añā. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus: & quasi holocausta accepit eos in aeternum.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania.

Asiterunt reges terrae, & principes convenērunt in unum * adversus Dominum, & adversus Christum eius.

Dirupāmus vincula eorum: * & projiciāmus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in caelis, irridebit eos: * & Dominus subsannabit eos: * Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * praedicans praecceptum ejus. Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam: * & possessionem tuam terminis terrae.

Reges eos in virga ferrea, * & tamquam vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite: * erudimini qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, * & pereratis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus: & quasi holocausta accepit eos in aeternum.

Antiphona. Si coram hominibus

tormenta passi sunt, spes electorum est immortalis in aeternum.

Psalmus 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animae meae: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine exceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Antiphona. Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electorum est immortalis in aeternum. **V. Lectamini in Domino & exultate iusti.**

R. Et gloriāmini omnes recti corde, Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpetua.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j.

Cap. 8. c.

Fratres, Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem viveritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba

triumphales meruerunt. **V.** Unus spiritus, & una fides erat in eis. Et ideo. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditus? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: aestimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quae est in Christo Jesu Domino nostro.

R. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: * Et meruerunt habere coronas perpetuas.

V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Et meruerunt. Gloria Patri. Et meruerunt.

In secundo Nocturno, Antiphona. Dabo sanctis meis locum nominatum in regno Patris mei, dicit Dominus.

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu

Abba (Pater.) Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & haeredes: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Existimo enim quod non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae revelationem filiorum Dei expectat.

R. Abstergat Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum: & jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: Quoniam priora transierunt.

V. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus aestus. Quoniam. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praescivit, & praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit. Quid ergo dicemus ad haec? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

R. Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Domino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua: **Et ideo coronas**

Pars Festiva.

pectu ejus malignus, * timētes autem Dōminum glorificat:

Qui jurat próximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & mūnera super innocentem non accipit.

Qui facit hæc, * non movēbitur in ætēnum.

Antiphona. Dabo sanctis meis locum nominatum in regno Patris mei, dicit Dōminus.

Antiphona. Sanctis qui in terra sunt ejus, misericorditer omnes voluntates meas inter illos.

Psalmus 150.
Cōserva me Dōmine, quoniam speravi in te. * Dixi Dōmino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egēs.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * misericorditer omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatē sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dōminus pars hereditatis meae, & cālicis mei: * tu es, qui restitues hereditatē meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclāris: * etenim hereditas mea præclāra est mihi.

Benedicam Dōminum, qui tribuit mihi intellectum: * insuper & usque ad noctem increpaverunt me rēnes mei.

Providēbam Dōminum in conspectu meo semper: * quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc letatū est cor meum, & exultavit lingua mea: * insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis sanctum tuum vidēre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adim-

plebis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua usque in finem.

Antiphona. Sanctis, qui in terra sunt ejus, misericorditer omnes voluntates meas inter illos.

Antiphona. Sancti qui sperant in Dōmino, habebunt fortitudinem, assumunt pennas ut aquilæ, volabunt, & non deficient.

Psalmus 23.
Dōmini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Dōmini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionē à Dōmino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærantium eum, * quærantium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dōminus fortis & potens, Dōminus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dōminus virtutum ipse est rex gloriæ.

Antiphona. Sancti qui sperant in Dōmino, habebunt fortitudinem, assumunt pennas ut aquilæ, volabunt, & non deficient.

Psalmus 124. Exultent justi in conspectu Dei. **R.** Et delectentur in lætitia. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius

plet as. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. **Sermone 47. de Sanctis.**

Lectio iv.

Quotiescūque, fratres charissimi, Sanctōrum Martyrum solēnnia celebrāmus, ita ipsis intercedētibz expectēmus à Dōmino consequi temporalia beneficia: ut ipsos Martyres imitādo, accipere mereāmur ætēna. Ab ipsis enim sanctōrum Martyrum in veritate festivitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum Martyrum exempla sequuntur. Solemnitates enim Martyrum, exhortationes sunt martyriorum: ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

R. Sancti tui Dōmine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: * Terra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. **V.** Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra apparuit. **Benedictio.** Christus perpetuæ.

Lectio v.

Sed nos volumus gaudere cum Sanctis: & tribulationem mundi nolimus sustinere cum ipsis. Qui enim sanctos Martyres, in quantum poterit, imitari noluerit, ad eorum beatitudinem non poterit pervenire. Sed & Paulus Apostolus prædicat, dicens: Si fuerimus socii passionum, erimus & consolatorum. Et Dōminus in Evangelio: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore, qui odium non vult sustinere cum capite.

R. Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: * Ut hæredes fierent in

domo Dōmini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Sed dicit aliquis: Et quis est, qui possit beatorum Martyrum vestigia sequi? Huic ego respondeo, quia non solum Martyres, sed etiam ipsum Dōminum cum ipsis adiungo, si volumus, possumus imitari. Audi non me, sed ipsum Dōminum generi humano clamantem: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Audi & Petrus Apostolus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus.

R. Tamquam aurum in fornacē probavit electos Dōminus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. **V.** Quoniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam, Glória Patri, Quoniam.

In tertio Nocturno, Antiphona. Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dōminum est merces eorum.

Psalmus 32.

Exultate justi in Dōmino: * rectos decet collaudatio.

Confitemini Dōmino in cithara: * in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum: * bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Dōmini, & omnia opera ejus in fide. Diligit misericordiam & iudicium: * misericordia Dōmini plena est terra.

Verbo Dōmini cœli firmati sunt: * & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utraque aquas maris
Eec a ris:

ris: * ponens in thesauris abyssos.
Timeat Dóminus omnis terra: *
ab eo autem commoveantur omnes
inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit, & facta
sunt: * ipse mandávit, & creata sunt.

Dóminus dissipat consilia gé-
ntium: * reprobat autem cogitationes
populórum, & reprobat consilia
principum.

Consilium autem Dómini in aetér-
num manet: * cogitationes cordis
ejus in generatióem & generatió-
nem.

Beata gens, cujus est Dóminus,
Deus ejus: * pópulus, quem elegit
in hereditatem sibi.

De celo respéxit Dóminus: * vidit
omnes filios hóminum.

De preparato habitáculo suo *
respéxit super omnes, qui hábitant
terram.

Qui finxit singillátim corda eó-
rum: * qui intelligit omnia ópera
eórum.

Non salvátur rex per multam vir-
tútem: * & gigas non salvabitur in
multitudine virtútis suae.

Fallax equus ad salutem: * in
abundántia autem virtútis suae non
salvabitur.

Ecce óculi Dómini super metuen-
tes eum: * & in eis, qui sperant su-
per misericórdia ejus.

Ut éruat à morte ánimas eórum: *
& alat eos in fame.

Ánima nostra sustinet Dómi-
num: * quóniam adjútór & protéc-
tor noster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum: *
& in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua Dómine su-
per nos: * quemádmódu sperávi-
mus in te.

Antiphona. Justi autem in perpé-
tuum vivunt, & apud Dóminum est
merces eórum.

Antiphona. Tradiderunt córpora

sua in mortem, ne servirent idólis,
idéo coronáti possident palmam.

Psalms 33.

Benedicam Dóminum in omni
tépore: * semper laus ejus in
ore meo.

In Dómino laudábitur ánima
mea: * audiant mansuéti, & lætétur.

Magnificáte Dóminum mecum: *
& exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisivi Dóminum, & exaudivit
me: * & ex ómnibus tribulatióibus
meis eripuit me.

Accédite ad eum, & illuminámi-
ni: * & fácies vestrae non confundén-
tur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus
exaudivit eum: * & de ómnibus tri-
bulatióibus ejus salvávit eum.

Immittet Angelus Dómini in cir-
cúitu tíméntium eum: * & eripiet eos.

Gustáte, & vidéte quóniam suavis
est Dóminus: * beátus vír, qui spe-
rat in eo.

Tíméte Dóminum omnes sancti
ejus, * quóniam non est inópia tí-
méntibus eum.

Divites eguérunt & esuriérunt: *
inquiréntes autem Dóminum non mi-
nuentur omni bono.

Venite filii, audite me: * tímórem
Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam: *
diligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo: * &
lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum: * in-
quíre pacem, & perséquare eam.

Oculi Dómini super justos: * &
aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super fa-
ciéntes mala, * ut perdat de terra
memóriam eórum.

Clamáverunt justí, & Dóminus ex-
audivit eos: * & ex ómnibus tri-
bulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribu-
la-

lato sunt corde: * & húmiles spiritu
salvábít.

Multae tribulatiónes justórum: *
& de ómnibus his liberábit eos Dó-
minus.

Custódit Dóminus ómnia eó-
rum: * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum pessima: * &
qui odérunt justum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas servó-
rum suórum: * & non delinquent
omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Tradiderunt córpora
sua in mortem, ne servirent idólis,
idéo coronáti possident palmam.

Antiphona. Ecce merces Sanctórum
copiosa est apud Deum: ipsi verò
mórtui sunt pro Christo, & vivunt
in aetérnum.

Psalms 45.

Deus noster refúgium, & vir-
tus, * adjútór in tribulatió-
ibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non tímébimus dum
turbábitur terra: * & transferéntur
montes in cor maris.

Sonuérent, & turbátæ sunt aquae
eórum: * conturbáti sunt montes in
fortitudine ejus.

Flúminis impetus lætificat civitá-
tem Dei: * sanctificávit tabernáculum
suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commo-
vébitur: * adjuvábit eam Deus ma-
nè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & incli-
nata sunt regna: * dedit vocem suam,
mota est terra.

Dóminus virtútem nobiscum: *
suscéptór noster Deus Jacob.

Venite, & vidéte ópera Dómini,
quae pósuit prodigia super terram:
áuferens bella usque ad finem ter-
rae.

Arum cónteret, & confringet ar-
ma: * & scuta combúret igni.

Vacáte & vidéte, quóniam ego
sum Deus: * exaltábor in géntibus,

& exaltábor in terra.

Dóminus virtútem nobiscum: *
suscéptór noster Deus Jacob.

Antiphona. Ecce merces Sanctórum
copiosa est apud Deum: ipsi verò
mórtui sunt pro Christo, & vivunt
in aetérnum.

Antiphona. Ecce merces eórum. Pater noster.
Absolutio. A vinculis. **Y.** Jube
domne. **Benedict.** Evangelíca lectio.

Lectio sancti Evangelíi secundúm
Lucam.

Lectio vij.

Cap. 21. b

In illo témpore: Dixit Jesus dis-
cipulis suis: Cúm audieritis prælia,
& seditiónes, nolite terreri:

opórtet primúm hæc fieri, sed non-
dum statim finis. Et relíqua.

Homilia Sancti Gregórii Papae.

Homilia 35. in Evangelia.

Dominus ac Redemptór noster
peritari mundi præcurréntia
mala denútiat, ut eó minus pertúr-
bent veniéntia, quò fuerint præsa-
ta. Minus enim jácula feríunt quae
prævidéntur: & non tolerabilius
mundi mala suscipimus, si contra
hæc per præsciéntiae clypeum muné-
mur. Ecce enim dicit: Cúm audieritis
prælia & seditiónes, nolite terreri:

opórtet enim primúm hæc fieri, sed
nondum statim finis. Pensanda sunt
verba Redemptóris nostri, per quae
nos aliud intérius, aliud extérius pas-
suros esse denútiat. Bella quippe ad
hostes pértinent, seditiónes ad civés.

Ut ergo nos indicet intérius exte-
riusque turbári, aliud nos fatétur ab
hóstitibus, aliud à frátribus perpéti.

R. Propter testaméntum Dómini,
& leges paternas, Sancti Dei persis-
térunt in amore fraternitátis: **Q**uia
unus fuit semper spiritus in eis, &
una fides. **Y.** Ecce quam bonum &
quam jucúndum habitáre fratres in
unum. Quia unus. **Benedictio.** Quo-
rum festum cólimus.

Lucam.

Ecc 3

Lec-

Lectio viij.

Sed his malis præuenientibus, quia non statim finis sequatur, adiungit: Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum: & terramotus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terrorisque de celo, & signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulationibus prævenitur: & per crebra mala quæ præveniant, indicantur mala perpetua, quæ subsequuntur. Et ideo post bella & seditiones non statim finis: quia multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nuntiare.

R. Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis: * Mercedem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Glória Patri. Mercedem. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Sed cum tot signa perturbationis dicta sint, oportet ut eorum considerationem breviter per singula perstringamus: quia necesse est, ut alia è celo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbatio hominum: erunt terramotus magni per loca, ecce respectus iræ desuper: erunt pestilentia, ecce inæqualitas corporum: erit fames, ecce sterilitas terræ: terrorisque de celo & tempestates, ecce inæqualitas aeris. Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur: & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: ut impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Te Deum laudamus. 13.

Semens R. dicitur post viij. vel ij. Lectionem in Festo plurimorum Martyrum Fratrum. **R.** Hæc est vera fraternitas, quæ

nunquam potuit violari certamine, qui effuso sanguine secuti sunt Dominum: * Contemnentes autem regiam, pervenerunt ad regna cælestia. **V.** Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Contemnentes. Glória Patri. Contemnentes.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Omnes Sancti, quanta passi sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palmam martyrii. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 14. **Antiphona.** Cum palma ad regna pervenerunt Sancti, coronas decoris meruerunt de manu Dei. **Antiphona.** Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: & vivunt nomina eorum in æternum. **Antiphona.** Martyres Domini Dominum benedicite in æternum. **Antiphona.** Martyrum chorus laudate Dominum de cælis, alleluia.

Capitulum. *Sap. 3.* Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

Rex gloriose Martyrum, Corona confitentium, Qui respuentes terrea Perdidit ad Cælestia: Aurem benignam profindis Intende nostris vocibus: Trophæa sacra pangimus: Ignosce quod deliquimus. Tu vincis inter Martyres, Parsisque Confessoribus: Tu vince nostra crimina, Largitor indulgentiæ. Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Nunc & per omne sæculum. Amen.

V. Exultabunt Sancti in gloria.

R.

R. Lætationur in cubilibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passibus meliores estis vos.

Pro pluribus Martyribus

Pontificibus,

Oratio.

Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum **N.** & **N.** nos, quæsumus Domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum nostrum.

Si non fuerint Pontifices,

Oratio.

DEus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum **N.** & **N.** natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum. **Alia Oratio.**

DEus, qui nos annuâ Sanctorum Martyrum tuorum **N.** & **N.** solemnitate lætificas: concede propitius: ut quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Cum palma. **Capitulum.** Justorum animæ, ut supra. xxxviij.

R. Lætâmini in Domino * Et exultate justi. Lætâmini. **V.** Et gloriamini omnes recti corde. Et exultate. Glória Patri. Lætâmini. **V.** Exultent justi in conspectu Dei.

R. Et delectentur in lætitia.

Ad Sextam, Antiphona.

Corpora Sanctorum.

Capitulum. *Sap. 10. c.*

Reddidit Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & dedidit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte.

R. Exultent justi * In conspectu Dei. Exultent. **V.** Et delectentur in lætitia. In conspectu. Glória Patri. Exultent. **V.** Justi autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud

Dominum est merces eorum.

Ad Nonam, Antiphona.

Martyrum chorus.

Capitulum. *Sap. 3. b.*

Fulgébunt justi, & tanquam scintilla in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

R. Justi autem * In perpetuum vivent. Justi. **V.** Et apud Dominum est merces eorum. In perpetuum. Glória Patri. Justi. **V.** Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Lætationur in cubilibus suis.

AD VESPERAS,

Antiphona.

Isti sunt Sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine Agni laverunt stolas suas. **Psalm.** Dixit Dominus. i. **Antiphona.**

Sancti per fidem vicierunt regna, operati sunt iustitiam, adæpti sunt repositiones. **Psalm.** Confitebor. ij. **Antiphona.** Sanctorum velut aquilæ juvenis renovabitur: florebit sicut lilium in civitate Domini. **Psalmus.** Beatus vir. ij. **Antiphona.**

Absorbet Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum: & jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quoniam priora transierunt. **Psalmus.** Laudate pieri. ij. **Antiphona.** In cælestibus regnis Sanctorum habitatio est: & in æternum requies eorum.

Psalmus. Credidi. xij.

Capitulum & Hymnus, ut in primis Vesperis. xxx. **V.** Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Lætationur in cubilibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.

Alie

Ecc 4

Alie Lectiones pro pluribus
saculo Martyribus:

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.
Sermone 1. de Mart. tom. 3.

LECTIO IV.

Nemo est qui nesciat, Martyrum gloriam ad hoc divino consilio a Dei populis frequentari, ut illis debitus honor diceretur, et nobis virtutis exempla, favente Christo, monstrarentur: ut dum hæc ita celebrari perspicimus, cognoscamus quanta eos gloria maneat in caelis, quorum natalicia taliter celebrantur in terris: quò possimus etiam ipsi talibus provocari exemplis, virtute pari, devotione consimili ac fide: ut, Christo præstante, dimicare & vincere hostem possimus, ut parta victoriâ, cum isdem Sanctis in regnis cœlestibus triumphemus.

Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: Terra apparuit arida: & in Mari rubro via sine impedimento. Quoniam percussit tram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

LECTIO V.

Quis est enim, qui eorum volens merito copulari, nisi prius constantiam eorum teneat, secreturam fidem, imitetur virtutem passionis, eorum gloriam paribus vitæ lineamentis aut inveniat, aut exquirat? Qui etsi martyrio par esse non possit, tamen muneris tanti dignitate se quisque bonis actibus dignum præbeat. Adest enim clementissimus Deus, qui desiderantibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum Sanctis præmia divina retribuat.

Verbera carnicum non timebunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut hæredes fierent in domo Domini. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

LECTIO VI.

Ut enim infirmatur peccator adversis, ita justus tentationibus roboratur. Sic dimicant adversus peccatum Sancti: sic & laborando fortiores, & moriendo victores effecti sunt. Nullus athletæ sine certamine fortior dici, nullus sine victoriâ poterit coronari. Nemo miles sine prælio hostem subjicit, nemo sine bello imperatorem promeruit. Habes Christiâ competentia arma, quibus hostem expagnes: habes fortissima tela, quibus inimicum debelles.

Tamquam aurum in fornacæ probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: Quoniam donum & pax est electis Dei. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam, Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO VII.

Cap. 6. c.

In illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campèstri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. Et reliqua. Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 5. in Luc. 6. post initium.

Adverte omnia diligenter, quomodo & cum Apostolis ascendat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, invenit infirmos; in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Matthæus docet in-

in-

inferiõibus debiles esse sanatos. Prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideò quemque in inferiõibus sanat, hoc est, à libidine revocat, injuriam nostram descendit: ut usu quodam & copiâ suæ naturæ, participes nos faciat esse regni cœlestis.

Propter testamentum Domini, & leges paternas, Sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia unus.

LECTIO VIII.

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum beatitudines Sanctus Lucas Dominicus posuit, octo verò Sanctus Matthæus: sed in illis octo istæ quatuor sunt, & in quatuor istis illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplectus est cardinales: ille in illis octo mysticum numerum reseravit. Pro octava enim multi inscribuntur Psalmi: & mandatum accipis octo illis partem dare, fortassè benedictionibus. Sicut enim spei nostræ octava perfectio est, ita octava summa virtutum est. Sancti mei qui in carne positi, certamen habuistis: Mercedem laboris ego reddam vobis. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Gloria Patri. Mercedem.

LECTIO IX.

Sed prius, quæ sunt ampliõra videamus. Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum Dei. Primam benedictionem hanc uterque Evangelista posuit. Ordine enim prima est, & parens quædam generatiõque virtutum: quia qui contempserit secularia, ipse meribitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni cœlestis adipisci, qui

mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem.

Te Deum laudamus. 13.

COMMUNE

CONFESSORIS PONTIFICIS.

Ad Vesperas, Antiphona. Ecce sacerdos magnus, cum reliquis de Laudibus Ixvi, Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Eclii 44. c.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatus.

Hymnus.

Iste Confessor Domini, colentes, Quem pie laudant populi per orbem,

Hæc die lætus meruit beatas

Scandere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hæc die lætus meruit supremos

Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sõbriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit aure Spiritus antum.

Cujus ob præstans meritum, frequenter,

Ægra quæ passim jacuere membra,

Viribus morbi dõmitis, saluti

Restituitur.

Noster hinc illi chorus obsequentem

Cõcinit laudem, celebrésque

palmas,

Ut piis ejus præcibus juvemur

Omne per ævum.

Sit salus illi, ævus, atque virtus,

Qui super cœli sõlo coruscans,

Totius mundi sèriem gubernat

Trinus & unus. Amen.

Amavit eum Dominus, & ornavit eum. R. Stolum gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sacerdos & Pontifex, & virtutum

õpifex, pastor bone in populo, ora

pro